Quelle: http://manuscripta.at/?ID=940
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

nobis antistite tua pi
etate conserva. ut christiana
plebs que tali guberna
tur auctore sub tanto
pontifice credulitatis
sue meritis augeatur. Le
uate. R. Pro Episcopis
Oremus. et pro omni
bus episcopis presbiteris. dyaco
nibus. acolitis. exorcis
tis. lectoribus. ostiariis.
confessoribus. virginibus.
viduis. et pro omni po
pulo sancto dei. Oremus.
Flectamus genua.
Omnipotens sempiterne deus. cuius spiritu to
tum corpus ecclesie sancti
ficatur et regitur exau
di nos pro universis
ordinibus supplicantes
ut gratie tue munere ab
omnibus tibi gradibus
fideliter serviatur. Le
uate. R. Pro Rege
Oremus. et pro
christianissimo rege nostro N. ut
deus et dominus noster subditas
illi faciat omnes barba
ras nationes ad nostram
perpetuam pacem. Oremus.
Flectamus genua.
Omnipotens sempiterne deus in cuius manu
sunt omnium potestates et omnia
iura regnorum. respice pro
picius ad christianum
benignus imperium. ut
gentes que in sua feri
tate confidunt potencie
tue dextera comprimantur.
Leuate. R. Pro Catecuminis
Oremus et pro ca
thecuminis nostris.
ut deus et dominus noster adaper
iat aures precordiorum
ipsorum ianuamque misericordie.
ut per lavacrum regeneratio
nis accepta remissione
omnium peccatorum. et ipsi inve
niantur in christo ihesu do
mino nostro. Oremus.